Fragmentarium

1

dominus. In secundo nocturno. ... Lex prelio ... V ...
Cytharam et lyram et tympanum et tybiam et vinum in conviviis
domini non respicitis nec opera manuum eius consideratis. Prop-
ter ea captivus ductus est populus meus quia non habuit scientiam et nobiles fame et multitu-
do eius siti exaruit. R. Civitas Ierusalem noli flere quoniam doluit dominus super
te et auferet a te omnem tribulationem. V. Ecce dominator dominus. Lectio
Propterea dilatavit infernus animam suam et aperuit os suum absque
ullo termino. Et descendent fortes eius et populus eius et sublimes gloriosique
ad eum. Et incurvabitur homo et humiliabitur vir et oculi sublimium
deprimentur. Exaltabitur dominus exercituum in iudicio et deus sanctus sanctificabitur
in iustitia. R. Ecce veniet dominus protector noster sanctus Israel coronam regni habens in
capite suo. V. Ecce dominator dominus. Lectio vii. Ve qui trahitis
iniquitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum plaustri pla-
strum peccatum. Qui dicitis festinet cito veniat opus eius ut videamus et ap-
propiet et veniat consilium sancti Israel et sciemus illud. Ve qui dicitis
malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem et lucem
tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. R.
Sicut mater consolatur filios suos ita consolabor vos dicit dominus et de Ierusalem
civitate quam elegi veniet vobis auxilium et videbitis et gaudebit
V. Deus a Libano veniet et sanctus de monte umbroso et condenso. Lectio viii.
Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismet
ipsis prudentes. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum et
ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iusti
aufertis ab eo. Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis
... radix eorum quasi favilla erit et germen eorum ut pulvis ascendet.
R. Ecce ab austro venio ego dominus deus ut visitem vos in pace
vos et crescere faciam multiplicabimini et firmabo pactum
Ego ... Ad cantica. Dicite pusillanimes confortamini ecce dominus
veniet. V. Ewangelium. Secundum Lucam. In illo tempore dixit Ihesus
discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gen-
tium pre confusione sonitus maris et fluctuum areścentibus
hominibus pre timore et expectatione que supervenient universo
orbi. Nam virtutes celorum movebuntur. Et tunc videbunt filium
hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate. His
autem fieri incipientibus respicite et levate capita vestra

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 37, 1r – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-nyll/129/2300)